Tam Deputatus, quam Praelatus, qui contrafecerit, exludebatur a Capitulo. (III. SS.)

Denique his omnibus expletis Secretarius legebat litteras Abbatis Generalis cum censuris impositis ad effectum electionis novi Abbatis Generalis novorumque Definitorium rite cononiceque die sequenti faciendae.[1])

(Continuatio sequitur.)

Beiträge zur inneren Geschichte des Zisterzienserordens im 17. Jahrhundert.

Von † Dr. Otto Grillnberger, O. C. in Wilhering.

(Schluß zu H. III. 1904. S. 465—480.)

32. Concessit capitulum generale fratribus de *Prulliaco* celebrare festum *S. Stephani* tanquam fundatoris per modum sermonis minoris, similiter et fratribus de *S. Urbano* in Helvetia festum *S. Urbani* idque in monasterio tantum.

33. Requirentibus promotoribus, qualiter ieiunia ordinis sint servanda et quinam sint illi dies ieiunii et abstinentiae, respondit capitulum generale quoad ieiunia standum esse tenori brevis apostolici et textui s. regulae diemque Mercurii et feriam sextam esse dies ieiuniorum regularium, diem lunae vero et sabbathum esse dies abstinentiae.[2])

---

[1]) En illarum hispanus textus: »Nos el Mtro. Fray N. General &. A los Muy Reverendos Generales, que han sido, de nuestra Congregacion, Padres Abades, Definidores, Maestros y Predicadores Generales, y á todas las demás personas, que en uno con los ya nombrados, están congregados para celebrar el Capitulo General presente, de cualquiera oficio, calidad, y condicion que sean, y á cada uno de por sí en particular. Por la Autoridad Apostólica ordinaria, que como tal General tetenemos, de que al presente usamos en esta parte; mandamos en virtud de Santa obediencia, y so pena de Excomunion mayor canon latae sententiae, trina canonica monitione praemissa, cuya absolucion á Nos reservamos, que, dentro de veinte y cuatro horas desques que esta nuestra carta les fuere leida y notificada, que les asignamos por tres términos del derecho, de ocho en ocho horas, las últimas ocho por último y perentorio, et que supiere que entre los Capitulares, que han de tener voto activo ó pasivo, en las elecciones de General, Definidores y Electores, que se han de hacer en el presente Capitulo, hay alguno que haya hecho algun trato ilícito, prohibido por derecho, ó Constitucion, ó que tenga algun impedimento asimismo Canónico, ó de Constitucion, para que no pueda elegir, ó ser elegido, parezca ante Nos á declararlo abierta y manifiesta mente, para que proveamos lo que pareciere ser de justicia, y las dichas elecciones se hagan conforme á derecho. Dada en el Monasterio de N. y leida en pública Congregacion, dia... del mes... del anno...« (Caput VI, num. 19.)

[2]) C *Iuxta regulam et constitutiones praescriptus numerus ieiuniorum diebus Mercurii et Veneris a Pentecoste ad Exaltationem s. crucis et inde a Pascha singulis diebus, quibus non vescimur carnibus, in omnibus ordinis monasteriis communis observantiae inviolabiliter observetur.*

34. [F. 5] Ut omnis difformitas in vestimentis ordinis tollatur, praesertim in adventantibus ad capitula generalia, mandat ac praecipit praesens capitulum generale observari breve apostolicum et reduci ad actum abbates mozettis, monachos autem uti debere caputiis.

35. In detestationem omnium incorrigibilium aut eiectorum monachorum lecta et regestrata sunt decreta apostolica, quae vide alibi.

36. Supplicationibus R. abbatum *Germaniae,* ut in suis necessitatibus et dubiis contra emanatum breve possint ad sedem apostolicam recurrere, annuit praesens generale capitulum.

37. Deliberatione habita super electione domorum pro novitiatibus et professoriis designandarum infra scripta monasteria nominata et approbata fuere die 11. Maii: in ducatu *Burgundiae* novitiatus et professorium in archicoenobio *Cistercii;* in provincia *Campagniae* novitiatus et professorium in monasterio de *Claravalle;* in provincia *Franciae* novitiatus in monasterio *Vallis Clarae,* professorium in monasterio de *Castellione;* in provincia *Normanniae* et *Britanniae* novitiatus in monasterio de *Precibus,* professorium in monasterio de *Valle Richeria;* in provincia *Silesiae* novitiatus in monasterio *Grissoviensi,* professorium in monasterio *Lubensi.* Reliquas provincias difficile fuit exscribere ob instantem abitum de *Cistercio* et infirmitatem corporis.

38. Mandat praeterea praesens capitulum generale singulis abbatibus, quatenus omni meliori modo et pro posse suo tueantur privilegia ordinis in partibus contra quosvis adversarios.

39. Ne autem per quaelibet congregationis *Germaniae* statuta contra ius paternitatis patribus abbatibus aliquid damni inferri possit, contra haec protestati sunt R. DD. abbates *Lucellensis* et *Ebracensis* voce propria et R. D. abbas de *Caesarea* per procuratorem inhaerentes oppositioni A. R. domini de *Claravalle,* quam protestationem actis capituli generalis petierunt inseri tenoris sequentis:

Nos Fr. Bernardinus Lucellensis et Fr. Albericus Ebracensis monasteriorum abbates hisce profitemur, quod publice etc.; vide alibi.

40. A. R. dominus de *Claravalle* interpositam protestationem suam contra RR. nostrum *Cisterciensem,* ne suo iuri quidpiam per ipsum detrahatur, actis capituli generalis petiit inseri tenoris sequentis; vide alibi.

41. Priores de *Ponte Alto* et de *Sylva Lata,* qui manu armata se tuentur contra ordinationem RR. D. nostri, priventur voce activa et passiva et suspendantur a divinis, donec sint obedientes ordini, contra quos procurator *Galliae* agat in parlamento *Burdigalensi* omni meliori modo.

42. Lis inter R. duos *Hillariensem* et *Altovadensem* abbates committitur R. DD. abbatibus de *Campililio* et de *Ossek,* ut in quantum voluerint, amicabiliter partes componant, sin minus fieri poterit, in plenaria ordinis potestate decernant.

43. [F. 5'] Ad relationem R. DD. abbatum de *Pinu* et de *Charmeia* in negotio paternitatis *Plasensis* erga *Spineam Coronam* in *Bohemia* a capitulo generali examinatorum designatorum decrevit praesens capitulum generale ab utraque parte sua desuper authentica instrumenta deportari debere ad proximum futurum capitulum generale, interea vero in casu accidente electioni *Spineae Coronae* praesidebit R. D. vicarius *Bohemiae* cum seniore abbate sui vicariatus sine praeiudicio partium.

44. Ad quaestionem, an monasteria strictioris observantiae in *Gallia,* an vicarii communis observantiae, an abbates *Belgii* tanquam bello obruti teneantur solvere contributiones ordinis, respondit capitulum generale et decrevit: Monasteria *Belgii* solvent dimidiam partem tempore belli, similiter monasteria strictioris observantiae dimidiam partem, quas debent; vicarii autem utriusque observantiae hucusque debitas non solvent, sed subsecuturas solvere tenebuntur, prout etiam quisque successor sui antecessoris contributionem non solutam deponere obligatur.

45. Hodie in sessione octava deleta et cassata est diffinitio capituli generalis praecedentis de antiquo debito, quod erat viginti quinque millium librarum archicoenobio *Cistercii* inscriptum, sed per decretum praesentis capituli generalis illud debitum totaliter extinctum.

46. Et quia ratione taxae ordinis, quantum videlicet quodvis monasterium annuatim solvere teneatur, multa dubia, quaestiones et errores irrepserunt, ad praecavendas ulteriores in hoc puncto confusiones et lites praesens capitulum generale hoc negotium ad visitatores provinciarum duxit remittendum cum mandato, ut examinato statu et redditibus cuiusque monasterii diligenter curent certam taxam quibusvis imponere et desuper proximum capitulum generale scripto informare.

47. **Visitatores et sindici provinciarum.**

In Polonia.

R. D. *Landensis.*

In Silesia.

R. D. *Henrichoviensis.*

In Bohemia.

R. D. *Ossecensis.*

In Austria.

R. D. *Campililiensis.*

In Hungaria.

R. D. *Campililiensis.*

In Suevia.

R. D. *Caesariensis.*

In Bavaria.

R. D. *Alderspacensis.*

In Franconia.

R. D. *Ebracensis.*

In Helvetia, Brisgoia et Alsatia.

R. D. de *S. Urbano.*

In tractu Rheni, Vestphalia et Saxonia.

R. D. de *Veteri Monte.*

D. *Petrus Roberti Pyr* prior titularis.

In Leodiensi.

R. D. de *S. Lamberto.*

R. D. de *Valle S. Lamberti.*

In Belgio.

R. D. de *Alna.*

R D. abbas *S. Salvatoris.*

In Sabaudia.

R. D. de *S. Sulpitio.*

D. *Blasius Leaulte* prior de *Alpibus.*

In Occitanea.

D. *Gustanius de Pinis* prior *Balbonae,* ss. theologiae doctor.

D. *Ninarum* prior de *Frigido Monte.*

In Rutinensi.

D. *Petrus Capolude* prior de *Bona Cumba,* ss. theologiae doctor.

D. *Grezet* prior de *Ardorello.*

[F. 6] In Avernia.

R. D. de *Bona Valle.*

D. prior de *Mansiade.*

In Burdigalensi.

D. *Antonius Ehoste* prior de *Fesia,* ss. theologiae doctor.

D. prior de *Obezina.*

In Normannia.

D. *de Roiscy* ss. theol. doctor.

R. *Ioannes Petit* prior de *Bono Portu.*

In Andegavensi, Turonensi et Caenomanensi provinciis.

R. prior de *Fonte Danielis.*

D. *Carolus Ioannes* prior de *Oratorio,* ss. theol. doctor.

In Provincia.

D. *Ioannes Federat* prior titularis de *Gratia*, ss. theologiae doctor.

R. *Theissier* prior de *Sinaqua*.

In Picardia.

D. *Crescant* prior de *Bello Prato*, ss. theologiae doctor.

In Britannia.

D. *Bidard*, ss. theol. doctor.

D. *Frouilland* prior de *Reliquiis*.

In Pictavia.

D. Prior de *Gratia Dei*.

In utraque Marchia et Biturigia.

D. *Ardelu* prior de *Loco Regio*, ss. theologiae doctor.

D. *de Valleae* prior de *Abbigniaco*.

In Delphinatu.

R. D. de *Leoncella*.

D. *Brisnenu* prior de *Bona Valle*.

In Styria, Carinthia et Carniola.

R. D. de *Runa*.

48. Auditis per examinatores contractuum diversis abalienationibus bonorum capitulum generale semel pro semper decrevit servandum esse breve apostolicum et *Benedictinam* in omnibus.

49. Cum simplicitas religiosa deceat et vel maxime exornet in omnibus, praesertim tempore capituli generalis, mandat praesens capitulum generale omnibus in posterum ad capitulum generale comparituris, ut reiecto superfluo numero equorum et famulorum cum modesto et in libro statutorum descripto quisque solummodo adveniat.

50. Moto dubio super causarum promotores, an visitatores et abbates praecedere debeant abbates locales in omnibus, decrevit praesens capitulum Generale priorem visitatorem monasterii, ubi fuerit abbas localis, in nullo loco praecedere debere abbatem.

51. Quia vero visitatores non tantum docere alios iustitias convenit, sed etiam facere et sic aliquos bono exemplo suo manu ducere, quo certius appareat ab iisdem visitatoribus observantiam regularem in monasteriis suis exacte servari, statuit praesens capitulum generale, ut in singulis provinciis visitatorum a duobus abbatibus vicinioribus ex nunc visitentur.

52. Ut autem sicut et laborum pro ordine suscipiendorum, ita et vigoris in retinendis sanctorum patrum institutis RR. D. noster toti suo ordini magnificum praeberet exemplum, quam obnixe potuit, capitulo generali supplicavit, ut ab A. R. quatuor

primis *Cistercium* quam primum, et si posset, finito capitulo visitari statuat ac decernat. Qua re permotum capitulum generale R. A. 4 primos hortatur atque obtestatur, ut cuiuscunque alterius rei dimissa sollicitudine terminato praesenti capitulo ut filii patrem ea, qua maior esse non debet, veneratione matrem ordinis *Cistercium* visitent, ut exinde et ad illos et ad caeteros ordinis superiores et professores per paternae visitationis officia et zelus observantiae regularis et morum sanctitas a capite ad membra diffundantur.

Plura ad dominos *Gallos* solus spectantia et alias nationes non concernentia particularia.

Ex monasterio *Raudensi* 1667.

Die Nachträge, auf welche das öfter wiederkehrende *vide alibi* hinweist, hat uns der Verfasser oder der Schreiber dieser Aufzeichnung leider vorenthalten. Auch sonst ist manches übergangen, so, wie es am Schluße heißt, *plura ad dominos Gallos solos spectantia et alias nationes non concernentia particularia,* und wie aus dem Schreiben des Papstes Clemens IX. vom 26. Jänner 1669 erhellt,[1]) die Bestimmung: *Et quia nullus comparuit ex parte congregationis Lombardiae et Tusciae nec nominarunt monasteria pro novitiatu et professorio, capitulum generale P. Damianum Lauthuadam congregationis illius vicepraesidem sicut ob eandem causam P. Petrum Oviedo vicarium, vulgo dictum reformatorem generalem congregationis Castellae et vicarium generalem congregationis Lusitaniae declarat contumaces et privat voce activa et passiva.* Die zwei wichtigsten der unterdrückten Schriftstücke, das Breve des Papstes Alexander VII. und der Einspruch des Abtes de Rancé, sind glücklicherweise nicht mehr unbekannt.[2]) So ist uns immerhin die Möglichkeit geboten, über den Gang der Verhandlungen ein richtiges Urteil zu gewinnen.

Wie Dubois[3]) berichtet, waren die Vertreter der strengen Observanz anfangs im Zweifel, ob sie am Generalkapitel teilnehmen sollten, entschieden sich aber endlich doch für den Besuch desselben, da sie fürchteten, ihr Fernbleiben könnte als Ungehorsam gegen den Papst und König angesehen werden. So sehr nun dieser Schritt zu billigen ist, so bedenklich erscheint ihr Verhalten auf dem Generalkapitel. Es waren die alten Wälle, hinter denen sie sich verschanzten, die alten Waffen, denen sie vertrauten. Wie konnten sie da auf einen nennenswerten Erfolg rechnen? Um sich der bindenden Kraft der Kapitelbeschlüsse und des päpst-

---

[1]) Bei Paris-Séjalon 607 ff.

[2]) Vgl. Paris-Séjalon 592 ff.; 611; Dubois, Histoire de l'abbé de Rancé et de sa réforme I 340 ff.

[3]) A. a. O. I 337.

lichen Schreibens zu entziehen, griffen sie zu Mitteln, welche teils gar keine Wirkung versprachen, teils geradezu vom erstrebten Ziele ablenken mußten. Die Wahl der Ausschüsse des Generalkapitels, behauptete der Abt von Foucarmont (Nr. 19), entspreche nicht den Ordenssatzungen; in das apostolische Breve, machte der Abt von La Trappe geltend (Nr. 5), sei manches ohne Wissen und Willen des Papstes eingedrungen. Jener Verwahrung konnten die Anhänger der milden Observanz das Gewohnheitsrecht entgegenhalten; dieser Einspruch aber mußte in Rom aufs tiefste verstimmen.

Die Sache der Strengen gestaltete sich umso schlimmer, als die Milden das päpstliche Schreiben mit aller Bereitwilligkeit aufnahmen und mit anerkennenswerter Schnelligkeit an seine Durchführung schritten. Vor allem mußte sie dem apostolischen Stuhle der Eifer empfehlen, mit dem sie dem Befehle, die Entwicklung der Reform nicht zu hindern, sondern zu befördern, nachkamen (Nr. 29).

So konnte denn die Entscheidung Roms nicht zweifelhaft sein. Papst Clemens IX. bestätigte am 26. Jänner 1669 die Beschlüsse des Generalkapitels und verwarf die Einsprüche der Strengen: *definitiones capituli generalis ordinis huiusmodi, ut praefertur, celebrati auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus et approbamus illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus ac omnes et singulos iuris et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Et quantum spectat ad protestationes in dicto capitulo factas ab abbate Fulcardimontis et adhaerentibus circa assumptionem officialium dicti capituli ex non abbatibus et definitorum unius lineae ex abbatibus alterius, ab abbate de Veteri Villa et adhaerentibus circa nominationem abbatis de Alta Ripa in definitorem strictioris observantiae pro linea Pontigniaci atque ab abbate de Trappa et adhaerentibus in acceptione praedictarum Alexandri praedecessoris in forma brevis litterarum circa novum recursum ad hanc sanctam sedem, eo quod in dictis litteris plura obscura, dubia, s. regulae et antiquis ordinis statutis adversantia inserta fuisse asserit contra eiusdem Alexandri praedecessoris mentem, cui de re ob valetudinem infirmam perpauca perlata fuerint, illas de eorundem cardinalium et praelatorum (super reformatione ordinis Cisterciensis deputatorum) consilio reiicimus et hanc ultimam temerariam declaramus.* [1])

Damit fand der Streit, der so lange die Gemüter aufgeregt hatte, im wesentlichen seinen Abschluß. Brachte die päpstliche Verfügung auch keinen herzlichen Frieden, so bannte sie doch den alle Bande der Eintracht lösenden Hader.

[1]) Paris-Séjalon 611.